

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Narratio comica de amicitia Damonis ac Pythiae

Omichius, Franciscus

Noribergae, 1617

Actuum singulorum periochae

[urn:nbn:de:bsz:31-138648](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138648)



ACTUUM SINGULORUM PERIOCHÆ.

I.

Dionysium juniorem, Sicilia tyrannum, quem pater quondam à Philosophiæ studiis abstractum, turpibus modò gaudere voluptatibus docuerat: Dion propinquus & tutor in virtutis viam, ab Hercule etiam in adolescentia electam, suis monitis perducit: utq; porrò à Platone, Philosophorum Deo illo, quem Athenis Syracusas evocandum contendit: rectè gubernanda Reip. artem discat, eidem persuadet.

II.

Longinquum igitur Plato iter ingressus, in Siciliam tandem venit: regemque instruit, quomodo civibus volentibus miti imperio præesse debeat. Regem præterea hor-

tatur, ut ad gubernacula Reipub. viros bonos, doctos & sapientes admoveat: talesq; amicos sibi adsciscat, firmamentum regni atq; presidium futuros. Rex itaq; à Platone ac Dione persuasus, Damonem & Pythiam Pythagoreos in numerum consiliariorum cooptat.

III.

Eos enim ipsa Amicitia Regi commendarat. Atq; illi, à Dione in aulam adducti, præclare apud Regem de amicitia concilianda & retinenda disserunt. Hoc verò cateri consiliarij, homines indocti quidem, sed vafri ac fraudulentissimi, quorum auctoritas ita evilescere videbatur: egré ferre, Dionem ac Damonem, quasi vitæ & imperio Regis insidiantes, calumniari, eoque rem deducere, ut Dionysius irâ incensus, optimè de se meritum Dionem capitali statim afficere supplicio in animum induceret.

IV.

Sed Dion à præfecto cubiculi præmonitus, se quidem & Platonem maturè fugiendo servavit. Damon verò, instinctu istorum Sycophantarum, ad mandatum Regis, quamlibet innocens tetro carceri est inclusus. Sed
roga-

rogatus à Damone cubiculi præfectus, cum
purgat apud Regem: ac monstrat à hominis
innocentiâ, & uxoris ejus liberorumq; inopiâ,
multis tandem precibus obtinet, ut Rex Da-
moni potestatem faciat domum abeundi, te-
stamentumq; condendi: ea tamen lege, ut in-
terim alius quispiam in captivi locum tan-
quam vas sese sistat. Pythias itaq; ab Ami-
citiâ monitus, specimen dat fidei certæ in re-
bus incertis: carceriq; & morti se pro Da-
mone amico libens offert, ipso Rege non in-
vito.

V.

Damon autem ad uxorem & liberos præ-
fectus, sortem suam indignam ipsis aperit, &
quanto in periculo apud Regem Sicilia verse-
tur: quodq; animus sibi sit, expeditis rebus su-
is, & uxore ac liberis amicorum fidei & cure
commendatis, ad mortem certissimam rever-
ti, commemorat. Quamvis autem uxor &
affines eum ab hoc proposito dimovere con-
ventur: tamen ille perstitit in sententia, &
ubi suis extremum valedixit, iter Siculum
denuo est ingressus. Jamq; educto ad suppli-
cium amico & vade Pythiâ, in ipso temporis
articulo Syracusam advolavit, amicum fide-

lem ex presentissimo vitæ periculo liberavit:
Et hac constantiâ suâ regis Dionysii animum
ita flexit atq; molliuit: ut is non solum huic
nobili amicorum pari vitam donaret, sed
etiam dignitatem pristinam restitueret, seq;
tertium in amicitiam ipsorum adscisci
postularet. Quod quidem facili-
mè impetravit.



Atm